

pugnant. Zenoph. ἡ ἀδελφὴ τοῦ αὐτοῦ εἶναι. vide Suidam. Qvam plurimi qvidem interpretum hanc etiam vocem de iurgiis & alterationibus exponunt. Qvibus haud ita pridem accessit D.Io.Henr. Maius (a): *sit ἄμαχος*, inquit, *kein Bänker sei* / *sed εἰρηνικός*, *ein friedlicher Mann.* Qvomodo & ab aliis nonnunqam verti non inficiamur, dummodo non eo extendatur pacificus animus, ut pacem cum erroribus inire Ecclesiæ minister debeat. Id enim si quis dicere velit, causa nulla est, qvin & amore pacis inducias facere cum moralibus vitiis possit. Sed pro nobis iterum literae proprietas facit. Qvamqam enim verbum μάχεσθαι, à qvo deriuatur ἄμαχος, interdum usurpatum proxixari, altercari: dubito tamen, an etiam ἄμαχος in metaphorica hac significatione apud Auctores occurrat; & si vel maxime occurrat, ea tamen, qvam nos tuemur, est & semper erit propria & ordinaria vocis huius significatio, à qva ut recedamus, nulla nos cogit necessitas. Schomerus alienum à pugnis vocari dicit, qvi non ad manus venire soleat, cum illi sit iniuria. Accedit, qvod nisi ἄμαχος alienum à pugnis & verberibus denotet, non adpareat, cur Apostolus huic voci alteram illam Πτελεῖην adiunxerit, qvippe qvae innuit hominem, qvi miti est ingenio & de iure suo remittit, cuius contrarium inuenimus in rixosis. Lutherus eam vertit gelindū in qvo significatu occurrit 1. Pet. II. 18. Iac. III. 17. & apud LXX, interpretes Psalm. LV. 22.

**Prob. 4. ex** §. 15. 4. Nec ex ipsis contradicentibus nonnulli inficiantur, ipsis contra eam, qvam nos defendimus, vocis πλήνετης significationem esse diceotibus, propriam & simpliciorem. Hieronymus (b) ad verba: ne percuslor sit, scribit: *quod quidem & simpliciter intellectum aedificat audientem, ne facile manum porrigat, ad caedendum: ne in os alterius verberandum insanus erumpat.* Espencaeus (c) quoque concedit, proprie innui eum, qui vere percutiat, siue prius percutiatur, sine non.

**Prob. 5. ex** §. 16. 5. Pro nobis militat auctoritas Antiquitatis, qvae Auctoritate ad dictum nostrum respiciens idem in canonibus suis prohibuit. Antiquitatis Placet hanc in rem adferre Apost. (uti qvidem, qvamqam perpet

ram

(a) In Praxi pietatis loco 16. p. 135. (b) T. p. in Tit. I. f. 246. d.  
(c) Opp. f. 41°.